

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

extremum usque tota nervosa est; ex ea in partes con-
cisa, deinde Soli per quinque aut sex dies exposita &
resiccata, tandem in patella cocta, sive verius fricta,
multa pinguedo elicetur: tota enim in pinguedinem
resolvitur. Ad ova in fattagine frigenda utilis est.
Nam nec rancescit vetus; nec mali evadit sapotis. Ci-
curatur, & docilis est canum more, sed injuriarum
memorem ex Francisci Lopetii Historiola patet. Par-
vulum captum Regulus Caramatexi in Insula Hispanio-
la, viginti sex annorum spacio, in lacu Guaynabo dicto
aluiisse fertur, adeoque mansuetum evasisse, licet iam
grandem, ut veterum Delphino non cederet: Nam de
manu sumfisse cibum, & inclamato nomine Mato, quod
magnificum eorum lingua sonat, lacum egredi solitum,
ad ades cibi sumendi gratia terreptasse, d. inde ad lacum
remeasse, comitibus pueris atque viris, quorum cantu de-
lectari videretur, imo ergo insidere interdum permitten-
tem, denos simul ex una lacus parte in oppositam sine ul-
la difficultate transvexisse. Ceterum cum Hispanus qui-
dam periculum facere volens, an adeo dura cute præditus
esset, bastam vibrasset in eum, adeo ira exarsit, ut con-
spetto aliquo Christianorum vestitu, inclamatus etiam
ex aqua emergere nollet. Valde post intumescente. Haibo-
nico fluvio, & in lacum Guaynalo se effundente, in mare
regrebus, magnum sui omnibus desiderium reliquit.
Merula nil comedit, mortuum nisi viderit. Elian.
Mas maxime zelotypus est. Nam tum domi quiescit,
& ne infidia inferantur, metu parvulorum observat.

C A P U T XII.

DE MIROPISCE, MOLÀ,
& MONOCEROTE.

Mirus piscis brevitet ab Ambrofio Pareo describitur.
In mari, inquit, Veneto, inter Venetas & Ra-
vennam, duobus supra Clodiam milliaribus, anno 1550
captus est piscis volans, valde horribilis & monstrosus,
quatuor pedes longus, Capite erat crassissimo, binis oculis

non è regione positris, duabus auribus & ore dupliciti, rostro valde carnosò & viridi, alis gemini, quinque ingula foraminibus, lampret a foraminum amulis, cauda ulnam longa, in cuius summo dua videbantur alia exigue. Mola etiam piscis est, Calend. Martii, anno 1552 non procul à Venetiarum urbe captus, qui primo asperu mafia carnea potius videbatur quam piscis. Forma in orbem vergebatur. Corio sine squamnis & pilis testis erat. Os in arctum colligebatur, ut probellum magnitudine miraculo fuerit. Oculi patentes, prominentes, & ampliores quam bobus. Branchia detectæ carnosa leveisque. Pinnæ in lateribus dodrantales. Tuberculum habebat durissimum. Maxillæ utrinque continui ossis soliditate armabantur. Lingua inferiori maxillæ adhaerens, ut nonnullis elinguis visus fuerit. Cauda paulo minus pedes quatuor longa erat. Pinnæ in cauda tres, ita ut altitudinem caudæ cum pinnis novem pedes efficeret. Longitudo piscis pedum octo erat; altitudo quinque pauloque; amplius, & quamcunque in partem volveretur, suam servabat altitudinem. Exenterati cor, hepar, lien, bubalo majora reperta sunt, ac unicum intestinum perveniens ad meatum excrementarium sub alvo collocatum. In imo intestini glomus quidam erat, ex nervis quasi contulisis, instar fidium concusatum; Caro lactea, solidaque, tanquam in sue lardo quinque aut sex digitos crasso vestita, ut in Balænis. *Vnicornu seu Monocerotem* pisces appellat Clusius, quem Batavi ex Orientali India anno 1601 reduces attulerunt. Mercator tanti aestimavit, ut nisi ingenti precio redimion posse putaret. Ab extimo ore usque ad caudæ pinnas, paulo longior erat tribus uncisi, medio corpore paulo plus uncia latus; à summo capite, ubi supra oculos cornu eminebat, ad infimam alvi partem, quæ etiam in parvum aculeum desinebat, sescunciam latus; corio fuscæ coloris & scabro totum corpus testum erat, os præterea habebat prominulum, angustum, semunciam longum, binis ostiis denticulis munitum, qui in denos superne seeti videbantur, inferne:

Pi
fene vero in pacior
ia, qui emuti fueran
ti; supra quos in c
ontra quadrangulare, pe
li istarum hamulorum
accubos armatum, &
dito continua ad cap
itum era uncialis
latae quipdam, in q
uite videatur. &c.

C A
DE MUC

Magil pitis el
inciderit, no
verit. Mota enim
loco confundit. E
st, ut in Paenice
tempore, evivari
branchias religata
testudinum formicæ
mitiam mares paru
etiam tam veloci,
lejuni cum sump
huius insignis, ut ing
uit voto ut agenti
tum Quiributus (fin
di superaret longitudi
nem) Celestini è C
laudio Principe, u
bus normannum, id e
bus. Addit Marsilia
llitis seculi eo magis
tis temporibus nege
vadere libras. Salig
in illo similitudo ventile
Albertus vero illorum
amplaque vi homini c

ferne vero in pauciores, nisi ii fuerint abrupti. Oculos, qui eruti fuerant, satis magnos habuisse videbatur; supra quos in capite corniculum gracile eminēbat quadrangulare, pene unciam longum decem spinulis instar hamusculorum deorsum spectantibus, binis lateribus armatum, à quo ad pinnam, quæ à medio dorso continua ad caudam usque portigebatur, interstium erat uncialis longitudinis, depresso instar fulci cujusdam. In quem corniculum, dum natat, inclinata videtur. &c. *Hac Clusius l. 6. Exotic. c. 27.*

C A P U T X I I I . D E M U G I L E & M U L L O .

Mugil pisces est temperatissimus; si in quempiam inciderit, non prius attingit, quam caudam morerit. Mota enim discedit, immobili manente præde loco consumit. *Aelian. l. 1. cap. 3.* Tanta illis salacitas, ut in Phœnicio & Narbonensi provincia, coitus tempore, è vivariis matrem linea longinqua per os ad branchias religata emissum in mare, eodemque linea retrahitum foeminae sequantur ad littus, rursusque feminam mares partus tempore. *Plin. l. 9. cap. 13.* Sunt etiam tam veloci, ut transversa navigia superjacent, jejuni cum sunt. *Mullus* prodigo veterum luxu adeo fuit insignis, ut ingenti pecunia venundatus fuerit; imo vero ut argenti puti pondere, saepius à privatis etiam Quiriticibus (inquit *lovius*) emeretur, cum pedis superaret longitudinem. Quin author est *Plinius*, Asinium Celerem è Consularibus hoc pisce prodigum, Claudio Principe, unum mercatum fuisset octo millibus nummum, id est, quadringentis fere imperialibus. Addit *Macrobius l. 3. Saturn. cap. 16.* luxuriam illius seculi eo magis licere estimare, quod *Plinius* suis temporibus neget *Mulum* repertum, qui duas excederet libras. *Scalig.* author est *Ex. 226. s. 15.* jecus in illo sinistro ventriculi adjacere lateri, dextro liuenem. *Albertus* vero illorum esu extingui libidinem affirmat; tantaque vi homini comedenti vim suam infundere, ut ipsa.